



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 110. Segniensis in Croatia Episcopi sententia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

„exerceri non potest ex lege finali Sæcul.XVI.  
„de jurisdictione Iud. & ex capit. coram, A.C.1562.  
„& ex capit. ultimo, de officio leg. cum  
itaque hujus jurisdictionis exercitatio  
locum simul, ac dignitatem postulet,  
sicuti observant Canonum Doctores, ex  
his concludendum est, quod Ordinis  
potestas a Christo, jurisdictionis vero a  
Romano Pontifice proveniat, si hoc de  
contentiosa, non de voluntaria intelli-  
gatur; ac de eo communiter convenire  
Canonum interpretes affirmabat Præsul.

§. CX.

*Segnienis in Croatia Episcopi  
sententia.*

Postea Frater Georgius Zischowid Se-  
gniæ in Croatia ad Sinum Venetum Sarpius l. 7.  
Episcopus ex Ordine S. Francisci , qui p.591. & 592.  
Granatenis Archiepiscopi sententiam  
adoptabat, hunc in modum differebat :  
„nunquam credidissim fore, ut aliquan-  
„do in dubium a quadam Synodo vo-  
„caretur: an Episcopi a Christo sint in-  
„stituti, atque habeant auctoritatem ab  
„eodem ; nam si a Deo eam non ac-  
„cipiunt, nec Concilium quidem, quod  
„ex Episcopis consistit, ab eodem suam  
„auctoritatem haberet, necessarium enim  
„est, ut omnis cætus etiam numerosissi-  
„mus, ab eodem auctoritatem inde ac-  
„quirat, unde singuli, e quibus constat,  
„suam

**Sæcul. XVI.** „suam consequuntur : si ergo Episcopi  
A. C. 1562. „non sunt a Christo, sed ab hominibus  
 „instituti, auctoritas profecto omnium  
 „in unum congregatorum erit quoque  
 „humana: imo is, cuius aures hæc per  
 „sonat vox : Episcopus non est a Chri-  
 „sto institutus, certe existimabit, hoc  
 „Synodum nil aliud esse, nisi Congreg-  
 „tionem hominum profanorum, cui non  
 „præsidet Christus, sed potestas que-  
 „dam precario ab hominibus accepta  
 „unde tot Patres frustra tantos sum-  
 „ptus facerent, & tot incommoda Tr-  
 „denti perferrent, quando majori cum  
 „auctoritate eadem tractari possint in  
 „eo, qui Episcopos, & Concilium ad e-  
 „rum definitionem potestate munivit,  
 „adeo ut toti in universum populo Chri-  
 „stiano esset illusum, cum Concilium  
 „non modo tanquam optimum, sed e-  
 „tiam unicum, & necessarium medium  
 „propositum fuerit, ut in eo hujusce tem-  
 „poris controversiæ decidi possent. His  
 „addidit: solidos quinque Menses com-  
 „moratus sum Tridenti cum hac per-  
 „suacione, neminem unquam dubitatu-  
 „rum, an Concilium auctoritatem a Deo  
 „habeat, atque possit vere enuntiare id  
 „quod a primo Concilio Hierosolymita-  
 „no dictum ; *visum est Spiritui Sancto*  
 „& nobis : ast nunquam ad Concilium  
 „venisse, nisi credidissem, quod Chri-  
 „stus



„stus in medio ejus existeret, nec, ubi **Sæcul. XVI.**  
 „Christus præsens sit, a quoquam dici **A.C. 1562.**  
 „posset, auctoritatem ab ipso non esse:  
 „squis vero Episcopus oppositum tene-  
 „ret, & auctoritatem suam humanam  
 „existimaret; per quam audacter in con-  
 „troverbiis jam ante definitis pronun-  
 „tiaret anathema, cum potius totum ei,  
 „cujus auctoritas major est, committe-  
 „ret: igitur si auctoritas Concilii sub-  
 „sisteret incerta, æquum fuisse präpri-  
 „mis, cum anno millesimo quingente-  
 „simo quadragesimo quinto hoc Con-  
 „cilium congregari cœptum est, hanc  
 „quæstionem ventilari, decernique, a  
 „quonam descendat auctoritas Concilii?  
 „sicuti in foro, & tribunalibus usuveni-  
 „re solet, ubi in ipso caussæ initio dis-  
 „putatur, & decernitur, an judex sit  
 „competens, ne ad extremum ob pote-  
 „tatis defectum opponatur, quod senten-  
 „tia sit nulla. Insuper Protestantibus  
 „qui omnem arripiunt occasionem de-  
 „trahendi, & maledicendi huic sanctæ  
 „Synodo, nulla magis ipsis favens con-  
 „tingere potuisset, quam si dicatur, quod  
 „Synodus de sua etiam propria au-  
 „ctoritate certa non sit: quam ob rem,  
 „censeo, attendendum etiam, atque e-  
 „tiam Patribus, quid statuant super  
 „eo capite, eoque omnia Concilii acta  
 „valida, aut nulla esse censerentur, si  
 „hæc

Sæcul. XVI. „hæc quæstio vel bene, vel male dec.  
A.C. 1562. „datur.“

Ceterum quidam ex Synodi Patribus, cum circa hoc argumentum nihil proposuissent, unice hucusque proposita discutere adlaborabant, nihil sollici de iis, quæ in decretis, & Canonicis omittenda essent: illi vero, qui sufferebant suffragia, numero erant certum octoginta, & unus, quorum quinquaginta tres Granatensis Archiepiscopi sententiæ adhærentes hæc verba *Jure Divino* decreto addi petebant, ali vero pauci nonnisi ambiguis verbis sed desuper explicabant.

### §. CXI.

*Patris Laynesii Jesuitarum Praepositi oratio de Episcoporum institutione.*

Pallav. c. 15. In conventu die vigesima Octobris mane habitu Pater Laynesius supremus Jesitarum Praepositus ultra duas horas cum ingenti fervore hunc in modum declamabat: „Quatuor a me comprebanda suscipio I. Quæstionem explico; II. meam sententiam exponam; III. Confutabo argumenta, quæ a contrariæ opinionis defensoribus objectabantur; IV. demum sententiam meam comprobabo argumentis: Evidem, com-